bis studiosius tenenda agnoscitur. Hanc quippe dominus et redemptor noster in magno munere
discipulis suis relinquere ac dare dignatus est, ut eos quos firmitate et fidei cohere
bant per hanc simul pia faceret participatione consortes. Scriptum namque est: Beati pa
cifici quoniam ipsi filii dei vocabuntur. Quisquis ergo patri heres esse desiderat, filius existe
re hanc custodiendo non renuat; nam qui locum praebet discordiae ipse se profecto tanti
se muneris exhortem esse constituit. Cum igitur fidei vestrae sinceritas catholica nobis ut
oportuit domino propitio sit rectitudine declarata, magna nimis admiratione suspendi
mur, ut eos quos bene credere et recte tenere cognoscitis, frustra quorundam scandaliza
ri vitio patiaris et aliorum culpa fraternitatis vestrae fuscetur opinio. Nam quomodo in er
roris suspicione sit qui patientiam praestat erranti? Ad vestram [des] aestimationem pertinet sic
quae servor fidei postulat aperta purgari satisfactione omnipotens videtur. Fertur sic videt
Lucam presbyterum tuum et Petrum Calcidonensem nolle suscipere atque ex hoc filiorum tuorum or
thodoxorum corda non levi scandalo perturbari. Quorum quia zelus non solum laudandus verum
etiam omnino fovendus est, hortamur ut cum omni vivacitate ac sollicitudine
fraternitatis hoc curae et imam curandum desinat. Et si ab hac eos hi sontes pravitate rep
pererit, scandalum de filiorum suorum mentibus habita eorum satisfactione removeat, ut
quae hereticorum hereses specialiter Severum ac Nestorium anathematizent, ut quibus si
nistra de eis suspicio dissensionem remeat (ou), amorem fide genuinae [illegible] purificatione
caritatem et salubrem unitae concordiae nectat affectum, quae catholicae [illegible] sincera et una
tenet confessio veritatis, specialiter facto dubitantibus sit manifesta. Indigna quia dominica
voce praecepit ne contemptus (na) suorum ex minimis sit. Quae ergo nec hoc praecipiente desiderat
Praeceptori verba non renuat, quia et is quem vas electionis redemptor sibi in se testa
tus est, esse servare nos unitatem spiritus in vinculo pacis ammonuit. Unde quisquis hoc est
salutis tenere vinculo non recusat, quae pacis studeat et locum (h) hostis non praebeat, ut facta
fortius valeat unitate calcari qui in fratrum poterat divisione grassari. Si vero
quos non optamus erroris huius deprehenduntur iaculo vulnerati, ecclesiastica adhortatio
nis est adhibenda curatio. Ceterum ut oves dominicas si fuerint sanati permaneant
aut ab unitate ecclesiastici corporis excidantur &c.